

7750 Genuae.

DIANA
SACRVM
IMPERIO

7751 arca. Genuae in pariete ecclesiae cathedralis S. Laurentii sub turri campanaria extrinsecus.

D . M
AVR·HILARO·AVG·LIB.
PRAEP · P · PEDISIC.
FORTVNIVS · ET
5 ALEXANDER · ET
HERMES · LIBERTI
COMPARAVERVNT
SARCOFAGVM · PA
TRONO·DIGNISSIMO

Contuli telescopio usus. Accursius ms.; Castelletti 1586 cod. Ambros. D 199 inf. f. 105 (inde Gud. 116, 8; Mur. 993, 3 e schedis, ut ait, Iulii Guastavini; Orelli 3355 ex Gudio), qui addit cum legere non posset ut pote positam loco accessus difficilioris, sumpsisse se ab amico, eodemque exemplo Bourdelot cod. Vat. Reg. 949 f. 10; Ganducius disc. p. 42; Schiaffino vol. 1 p. 15; Paganetti 1766 2, 311; Navone Ingaun. 1, 303; Sanguineti p. 8; Belgranius dedit descriptam.

3 sic legi, neque aliter legerunt Accursius Ganducius Belgranius; PRA·ET·PREDI·SIC Castelletti Bourd. male.

D(is) m(anibus). Aur(elio) Hilario Aug(usti) lib(erato) praep(osito) p(uerorum) pedisic(orum) [= pedisequorum]. Fortunius et Alexander et Hermes liberti comparaverunt sarcofagum patrono dignissimo.

Donat. 21, 6 ex schedis Stoschianis; praeterea nemo refert sumpsitque Sanguinetius p. 5 ex Donato. Vereor ne erratum sit in loci indicatione; fortasse Stoschius titulum n. 6493 exscriptum ex edito libro Genuae sibi viso cum Donatio communicavit.

7752 Genuae ad puteum divi Benigni extra moenia GAVOTUS. *A Genova nel monasterio di S. Benigno appresso al refettorio GANDUC. Genova, abbada di S. Benigno PUCCINELLI.* — Errore Mediolani ad aedem S. Benigni IUC.; inter agri Mediolanensis titulos loco non indicato ALCIAT., ubi praecedit n. 2315 item errore translata Atria Mediolanium.

A V R E L I A E
L A V D I C E
C O N I V G I · O P T I M A E
B E N E · M E R E N T I
5 L V P E R C V S · D I S P
R A T I O N I S · P R I V A T A E

Iucundus cod. Ver. inter Mediolanienses n. 26 eodemque exemplo Alciatus cod. Dresd. 1. 2 f. 54 (inde Grut. 597, 5); Gavotus auctar. Marcanovae f. 90'. 150' eodemque exemplo cod. Olivae f. 16'; Ganducius p. 54 (inde Schiaffino vol. 1 f. 17; Sanguineti p. 31); Puccinelli mem. sepolar. 1664 p. 76.

Versus divisi ad Ganducium, nam tria reliqua exempla continuant. — 2 LAVDICE Gen. Gand., LAVDIAE Iuc., LAVDIAE Alc. Pucc. — 3, 4 CONIVG·OPT·B·M Alc. — 5 NISP Pucc.

7753 Genuae domo Antonii Doriae in limite [immo limine] portae sub terra, ubi et statua M. Aurelii inventa MORILLON.

P · AELIVS · AVG · LIB · PYLADES · PANTOMIMVS · HIRONICA · INSTITVIT
L · AVRELIVS · AVGG · LIB · PYLADES · HIRONICA · DISCIPVLVS · CONSVMMAVIT

Servavit Morillon cod. Amstelaed. 111 f. 75. Inde Smet. 41, 6 a Pighio (ex Smetio Grut. 331, 1; Ganducius p. 13 ex Grut.).

Post Pyladen eum, qui Augusto imperante pantomimum tragicum primus instituit, histriones multi eandem sectam secuti eodem vocabulo pro agnominis usi esse inveniuntur, non quasi cuivis eius scholae histrioni ius in id esset, sed ut praemii loco multis imponeretur nec fortasse ullo tempore scaena Romana absque Pylade suo esset. Seneca (nat. q. 7, 32, 3): *quanta cura, inquit, laboratur, ne cuius pantomimi nomen intercidat! stat per successores Pyladis et Bathylli domus: harum artium multi discipuli sunt multique doctores, ubi qui domus vocabulum corruptum esse voluit, verba non intellexit: hoc enim ait auctor, ut privata domus stet nominis a patre ad filium transmissione, ita artificium tragicum perpetuari simili transmissione magistri nominis ad discipulum.* Praeter primum Pyladen novimus eius nominis histrionem commemoratum in titulo Pompeiano I. N. 2378 (*Iudos omnibus acruamatis pantomimisq. omnibus et Pylade*) tertiumque aetatis Traianae (Dio 68, 10 ad a. 103: *καὶ τοὺς ὀρχηστὰς ἐς τὸ Σέατρον ἐπαγγεγένεται καὶ γὰρ ἐνὸς αὐτῶν τοῦ Πυλάδου ἦρα*), quem si Hadrianus demum manumisit post a. 117, is ipse est, qui hoc loco prior nominatur; sed magis credo ab hoc diversum fuisse. Posteriorem, quem duo Augusti manumiserunt, L. Aurelium dictum appareat floruisse sub divis fratribus (161—169); pertinet ad eum epistula Frontonis ad L. Verum 1, 2 p. 115 Nab.: *quem ego facile et omnibus spectantibus et te, si spectaveris, teste revincam Pyladen magistro suo istum tanto meliorem esse, quanto est Apolausto similior*, item quod scribit Galenus (*περὶ τῶν περιγνῶσκεν πρὸς Ἐπιγένην* c. 6 vol. 14 p. 633 Kuehn.) ad mulierem aegrotantem se vocatum cum Morphus aliisque histriones saltare nuntiarentur, pulsum nihil mutatum offendisse, *ἥντα Πυλάδης ὀρχούμενος ἡγγέλθη, ταραχθέντα πολυειδῶς*. Idem quominus habeatur Theocritus Augg. l. *Pylades*, cuius sepulcrum a grege Romano locatore eius curante Mediolani factum supra n. 5889 rettulimus, certe nihil obstat; nam in titulo sepulcri praeter agnomen etiam ipsum nomen enuntiari consentaneum est. Denique Pylades is saltator, quem Didius Julianus imperator factus a. 193 ad cenam vocavit (Dio 73, 13), magis est ut non sit is floruit qui sub L. Vero.

7753a Genuae in S. Stephano.

MEMORIAE
L · ALTILI · L · FIU · EPICTETI · CALLISTINI
VIXIT · ANNIS · IIII · M · III · D · XXIX
L · ALTILIVS · EPICTETVS · ET · FLAVIA · CALLISTE
5 PARENTES · FILIO · DVLCISSIMO

Filonardianus liber f. 100.

Versus continuantur. — 1 MEM//IAE... liber charta inter M et I exesa. — 2 FIL·L·EPICTETI·CALLI//NI liber charta hoc loco exesa. — 4 ET·T codex.

V

7754 Genuae in ecclesia S. Stephani pone altare maius CASTELL. GAND.

M · ANTONIO
BALBI · F · HILARO
CORNELIA · CN · F
SECVNDA · VXOR · FEC
5 ET·FILIO·SVO·L·HERENNIO
L · F · NIGELLIONI
ET · P · CANINIO · FELICI

Duo exempla extant Castelletti cod. Ambros. D. 199 inf. f. 105 (inde Bourdelot cod. Vat. Reg. 949 f. 10; Gud. 264, 4; Mur. 1299, 7 ex schedis Guastavini) et Ganducii disc. p. 53 (inde Schiaffino ms. vol. 1 p. 16; Sanguineti p. 14).

In vv. dividendis sequor Castell., nec multum differt Ganduc. — 3 CORNELIAE C·N (om. F), 7 CANINCIO Gand.

112